DECISIONVM FORI FIVIZANENSIS,

ALIORVMQVE TRIBVNALIVM IN ITALIA INSIGNIVM,

Peregrinarum, practicabilium valde, & amabilium,

AVCTORE

D. BORGNINO CAVALCANO,

ADVOCATO FIVIZANENSE, EPISCOPATVSQVE Papiæ Vicario generali, per XLII. annos Practico,

Liber ſiue Titulus Quartus & Quintus,

HIC DE VLTIMIS VOLVNTATIBVS, JLLE de Delictis ſeu quaſi Contractibus,

QVORVM MATERIAM ADEO LVCVLENTER, DILVCIDE, NERVOSE, prolixe ac copioſe tractat, vt ſingulæ Deciſiones Tractatus inſtar eſſe poſſint, alibiq; quam hic, ſi in caſu quopiam deciſionem & concluſionem Doctorum perfectam, cum Rationibus, Auctoritatibus, & Reſolutionibus habere velis, materia laborioſius quærenda non ſit.

QVO NOMINE OMNIBVS DECISIONIBVS, PLVRIMORVM GERMANIÆ Iuriſconſultorum iudicio, quibus ſunt viſæ, facile palmam præripient, & ementibus, videntibus, perlegentibus, ruminantibus & intelligentibus grandem diminuent laborem,

POST JTERATAM ET PLVRIBVS ADDITIONIBVS JLLVSTRATAM Auctoris editionem diligenter repurgatum, & adhibita diuerſorum characterum compendioſa elegantia, nouis Indicibus tergeminis a Muſis Palthenianis inſtructum,

1602

VENVNDATVR

In Nobilis Francofurti Paltheniana.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

BORGNINI CAVALCANI FIVIZANENSIS IC. CELEBERRIMI:

DE VLTIMIS VOLVNTAT.

DECISIO PRIMA.

SVMMARIA.

1 *Heres ſuſpenſus, donec maſculi exſtant, debet eſſe habilis ad ſuccedendum tempore mortis defuncti, & reintegrationis, & ſic mortis Maſculorũ, alias non ſuccedit, nu. 8. 21. 28. 29.*

2 *Fœmina excluſa a ſtatuto tẽporaliter, & ſic quandiu, vel donec maſculi extiterint, maſculis mortuis, reintegratur ad ſucceſſionem pro parte ſua, & nu. 3. 5. 6. 7. 14. 20. 21.*

3 *Hereditas non dicitur delata filiabus temporaliter excluſis, propter maſculos, ſed dicitur ſuſpenſa. Adeo quod non tranſmittitur ad extraneos, nec ad aſcendentes heredes fœminarum, ſed ad deſcẽdentes filiabus mortuis ante maſculos, nu. 4. 5. 9. 10. 21. 26. 40.*

4 *Heres in hereditate non tranſmiſſibili, antequam adeat, licet ſit delata hereditas, nullum ius habet in illa hereditate.*

6 *Reintegrare nil aliud eſt, quam reſtituere, & ſic ſolum in eo, quod fuit ſublatum, & abſtulit leſio, & excluſio.*

7 *Fœmina excluſa temporaliter a ſtatuto propter maſculos deſcendentes, illis mortuis, ſuccedunt cum maſculis in eorum portione de iure commu. nu. 2. 5. 14. 20. 21.*

8 *Hereditas non eſt diuidenda ſecundum numerum filiorum exiſtentium, ſed ſuccedentiũ. Adeo quod inhabiles, & excluſi non ſuccedunt.*

9 *Hereditas materna per filiam temporaliter excluſam tranſmittitur ad deſcendentes, non ad extraneos heredes, nu. 3. 26.*

11 *Filia excluſa temporaliter, & mortua ante tempus reintegrandi, eius portio accreſcit aliis heredibus per ius non decreſcendi, & ſic hereditati defuncti, & non maſculis tantum, ſecus in legatis, & fideicommiſſis habitis pro non ſcripto, nu. 12. 13. 14. 15. 21. 22. 44. 45.*

12 *Legatum, & fideicommiſſum habitum pro nõ ſcripto accreſcit heredi, & non hereditati, nu. 13.*

13 *Aliud eſt repudiare hereditatẽ, aliud eſt non poſſe ſuccedere, vt incapax, nu. 12.*

14 *Repudiare, & renunciare hereditatem aliud eſt, & differt ab eo, qui non poteſt ſuccedere, & eſt incapax, nu. 12. 28. 29.*

15 *Acquiſitum proprie non dicitur, quod reuocabiliter acquiritur.*

16 *Filia excluſa temporaliter propter maſculos, ſi eſt præterita in teſtamento, non annullat, nec contratabulat teſtamentum viuentibus maſculis, & tetigi, in Deciſio. 18. nu. 24.*

17 *Filii maſculi vocati a ſtatuto excluſis fœminis temporaliter ſuccedunt ſtatim a lege, & a ſtatuto in eorum parte irreuocabiliter, & tranſmittunt ad eorum heredes, in aliis partibus reuocabiliter, & nu. 19. 45.*

18 *Hereditas delata tranſmittitur ad heredes, vt adeunda, non vt adita, ideo heres ſi non adit hereditatem, illam alteri non tranſmittit, niſi ſtatutum haberet hereditatem delatam pro adita.*

22 *Hereditas ſuſpenſa non tranſmittitur, ſicut delata: quia inter ſe differunt, & nullum ius producit ſuſpenſio, nu. 23.*

23 *Suſpenſio nullum ius tribuit in re, neque ad rem, ſecus delatio, nu. 22.*

24 *Verba ablatiui abſoluti importãt conditionem, & excluſionem in perpetuum, & non temporalem. Et ſufficit momento temporis adeſſe.*

25 *Fœmina temporaliter excluſa propter maſculos, nõ reintegratur ad hereditatem, niſi omnibus maſculis mortuis, nec vnus maſculus dicitur alteri ſubſtitutus a ſtatuto, nu. 44. & 45.*

Alienatio bonorum maternorum valet a maſculo facta, donec fœmina nõ reintegratur, & maſculi ſuperuiuunt, nu. 25.

27 *Fructus non repetit fœmina temporaliter excluſa, quando reintegratur ad hereditatem, ſed fuerũt maſculorum medio illo tempore.*

29 *Heres inhabilis, & incapax ante teſtamentũ, mortem Teſtatoris, aut delatam hereditatem, non priuatur hereditate, ſi poſt eo ſit capax, & habilis, alias ſecus, nu. 8. 21. 28.*

30 *Statutum quod Mater poſſit alienare vſque ad quartam partem bonorum, & non vltra, valet, & tenet.*

31 *Mater prohibita alienare bona ſua, ſed ea reſeruare filiis, vel proximioribus, tenetur cauere de non alienando, ſeu de reſtituendo in caſu Reſtitutionis.*

Prohibitus alienare aliqua bona, ſed reſeruare

conſilio 160. colum. 1. Et in contractibus attenditur potius cauſſa finalis, quam verba, quia ſignificat principalem intentionem, *Socin. conſ. 251. quoniam. verſi. comprobatur, vol. 2. Dec. conſ. 350. viſis, nu. 4. & conſ. 351. n. 4. & 5.* Nam debet plus valere, quod vere agitur, quam quod improprie & ſimulate concipitur, *vt in rubr. & l. 1. C. plus val. & l. fina. ff. de proba.* &
23 iudex debet eam intelligere, & ſequi, † *vt per Pariſ. conſ. 54. nu. 19. & 24. volu. 1. facit Bald. in l. cum nu. 2. C. de dona. ante nupt. Curtu. conſ. 6. in præſenti conſultatione. vol. 2. Crau. conſ. 202. num. 37. & 38. vol. 2.* vbi verba impropriantur ad hoc, vt mens contrahentiũ ſortiatur effectum. *Et ſatis in propoſito conſuluit Bell. in conſ. 60. viſa, & diligenter, num. 4. & ſeq. car. mihi. 116.* Vbi in contractibus verba importantia vltimas voluntates impropriantur, & reducuntur ad contractum & actum inter viuos, ſecundum ſubiectam materiam. At in caſu iſto, materia eſt inter viuos, & in contractu, & ſtipulatione, & agitur non de bonis Illuſtris Do. Catherinæ, & de loco vacuo, & de caſu euenientе ante mortem Illuſtris D. Catharinæ. Ergo vllo modo ad mortem Illuſtris D. Catharinæ, & ad vltimam voluntatem illa verba referri debent, nec poſſunt, *per ſupradicta, & per Simon de Pretis, de interpreta. vltima. volunta. lib. 1. ſolutio. 7. vol. 2. & 3. car. 67. & lib. 2. ſolutio. 4. nu. 5. verſ. poteſt etiam idem verbum, car. 137. Pariſ. conſ. 46. nu. 12. vol. 4.*

Tertio non obſtat, quod Illuſtris D. Andreas remaneret ſine dote, & vſufructu ſcutorum vigintiquinque mille, caſu quo Illuſtris Do. Catharina decederet poſt mortem Illuſtris Don Guglielmi decedentis ſine filiis, quia reſpondetur, quod illa bona Flandriæ ſuccedent in locum dictorum ſcutorum
24 quinquaginta † mille, *aduocata per Bald. in d. l. petẽs. nu. 49. vbi Dec. d. 3. notab. C. de pact. Ceſar. Ottinel. in conſilio ſuo. de fundo dotali, nu. 25. car. 15. facit tex. in l. cum vir. in fi. & in l. ita conſtante. ff. de iur. dot. Bero. conſ. 161. nu. 42. vol. 2. car. 719.* Et poteſt permutatio etiam fieri conſtante matrimonio, maxime quãdo eſt vtile mulieri, vt in caſu iſto, vbi per mortem Illuſtris Don Guglielmi ſine filiis, illuſtris Do. Catharina conſequitur tot bona, & Baroniam, & Signoriã, excedentia in maiori quantitate ſummam d. ſcutorum quinquaginta mille. Reſpõdetur etiam, quod ſibi imputet cur non ſibi prouidit in caſu mortis illuſtris Don Guglielmi, & in contractibus omiſſum habetur pro omiſſo, vt dixi ſupra in quinto præmiſſo. Et non attenditur fauor dotis, & mulieris a principio contractus, ſed ſolum poſt contractum, & conſtante matrimonio, cum a principio poſſit paciſci pure, in diem, ſub conditione, & ad vtilitatẽ promittentis, *vt dixi ſupra in præmiſſis, & per Surd. conſ. 113. nu. 2. vol. 1. car. 308.*

Et ſic ex præmiſſis patet, capitulum decimũ venire ad qualificãdum capitulum nonum proximũ, & non coniungi cum capitulo ſeptimo & octauo, loquentibus de alio caſu, & de vita Illuſtris Don Guglielmi, & morte Illuſtris D. Catharinæ, & capitulum nonum loqui de morte Illuſtris Don Guglielmi, & vita Illuſtris Do. Catharinæ, & mutatione bonorum. Et cum dos ſcutorũ quinquaginta mille fuerit extincta per mortem Illuſtris Don Guglielmi, & deuenire debeat ad Excellentiſſimam Duciſſam; ſequitur concludens concluſio, quod etiam omnis obligatio, & hypotheca † bonorum, pro dicta 25
dote, d. ſcutorũ quinquaginta mille fuit extincta, quia per pactum reuerſa eſt ad primæuam naturam, vbi nulla adhuc erat nata obligatio, & hypotheca bonorũ, & non præiudicat tertiis creditoribus ſuperuenientibus habentibus hypothecã expreſſam, *vt notat Anton. Neguſan tract. de pign. in 1. memb. 5. par. nu. 43. & 44. verſ. ſed dubitatur, circa car. 94. Craue. conſ. 912. nu. 24. vol. 5. car. 291. Aurel. Corbul. de cauſſa priua. ab non ſolu. cano. amplia. 34. cart. 179. Bero. quæſtio. 95. nu. 11. verſic. quarto reſpondetur. Anton. de Paul. in l. & in prouinciali. nu. 9. & ſeq. C. de ſeruit. & aqua. car. 60. tetigi in deciſio. 2. num. 43. & in deciſio. 29. nu. 41. in 2. par.* quia reſoluto iure datoris, extinguitur ius acceptoris, vt dicunt ſupradicti Doctores.

Et ita fuit iudicatum per Illuſtrem D. Bellonum ſenatorem Regium, de anno 1589.

PARS. V. DE DELICTIS SEV QVASI CONTRACTIBVS.

DECISIO I. & II.

ARGVMENTVM.

Vtriuſque.

Accuſæ duæ nomine Vniuerſitatis ſuper damno dato a Procuratore, vel Syndico, debet de mandato, & ſyndicatu legitime conſtare, alias non valent, & quando quid dicatur factum nomine Vniuerſitatis, & quando nomine ſingularum perſonarum, hic late notatur.

Accuſæ duæ ſuper paſcuis alicuius Vniuerſitatis, quando dicantur validæ, & probatæ per teſtes, qui poſſunt examinari, & quomodo concluderi, vide hic.

Publica vox & fama, ſuper poſſeſſione aliquorum bonorum, quomodo probari debeat, vide hic.

Communitates duæ prætendentes eſſe dominæ alicuius paſcui, & territorii, vel habere communionem, & contendentes ad inuicem quomodo poſſint, & debeant, poſſeſſionem, & dominium eorum probare, ad hoc, vt viſa dicatur habere potiora iura altera, vide hic.

Præſcriptio quando dicatur habere locum, & reſtitutio in integrum contra Vniuerſitatem, & cõmunitatem aliquam, vide hic.

Damnum datum per aliquem in bonis communalibus, & Vniuerſitatis, quomodo probetur, & poſſeſſio turbata, vide hic.

SVMMARIA.

1 *Vniuerſitatis, ſeu alicuius communitatis nomine factum tunc dicitur, quando conuocata & congregata vniuerſitate ſeu Communitate procedit propoſito, & ſuper eo factum fuerit conſilium, & ſubſecuta deliberatio taliter faciendi, nu. 63.*

2 *Alia eſt cauſſa Vniuerſitatis, & alia eſt ſingularũ perſonarum, nu. 38.*